

Pontifices
mirè affe-
ctam.

Idem Bulla
ſine licentiâ
ſumi non
poſſe.

P. Mendus.

Tertium
dilatur
oſenſione
inconue-
nientium.

Cautio P.
Mendi ſu-
peruacua.

Quæſtes de
ſignandi
Conſeſſarij
ex Decreto
Clem. VIII.

Quartum
eliditur, ex

infringi, in qua potiffimum Religionis ſubſtantia conſiſtit. Vnde Auctores ſententiæ propoſitæ docent Regulares non poſſe Bullam ſumere, quaſitâ ad id elemoſynâ, quia Pontifices nolunt circa, hoc regularem obſeruantiam relaxari. De quo dictum ſuprà, num. 255. & 319. & videri poſſunt Trullenſis §. 3. dub. 1. n. 11. & P. Mendus diſp. 4. n. 19. vbi ſic ait: *Quare ſentio Pontificem voluiſſe, vt regularis diſciplinæ obſeruantia vigeret in curiis, ſubditum etiam in acceptatione Bullæ à Prælati voluntate pendere, opusque illi eſſe facultate ipſius.* Sic ille pergens in probatione: ſi ergo circa acceptationem ita Pontifices expedire iudicant, cum tamen res ſit latis exigua, nec materia peccati mortalis, iuxta receptiſſimam ſententiam, pecuniæ quantitas, quæ à Religioſis exigitur: id quod eſt euidentius in Indiis: quanto potiori iure credendum velle id in re tanti momenti, qualis eſt illa, de qua agimus vt nulla maior poſſit inueniri? Siue ergo fauor, ſiue onus ſit, ſic volunt Pontifices, ſic Religionis bono conducit, ſic conſcientiarum ſecuritati conſulitur, ſic recta ad cælum paratur via, anfractibus labore plenis & periculo manumillis.

351. Ad tertium. Licet detrimenta non ſint eadem, quæ ex licentiâ pro reſeruatis, ſunt tamen non leuia; & ſatis graue inconueniens eſt continuatâ licentiâ vt quis Confeſſario extra Religionem conſtituatur, pro quo plures Religiones ſpeciale prohibitionem habent. Sed occurrit P. Mendus optimâ præcautione, num. 191. dicens Confeſſarium debere eſſe virum doctum, timoratæque conſcientiæ, qui attentio conſentientium ſtatu, medelam ſciat eorum malis apponere, additque: *Decebit profectò non eligere Confeſſarium extra Religionem, aut ſaltem non ſecularem: rectius quippe Confeſſarius intra ipſam Religionem, aut ſaltem alius Regularis, communiter caller, quæ ſunt numeræ & obligationes Religioſorum, poteritq; commodius conſulere bono ſpirituâli Penitentis, & æquâ lance rem totam ponderare.* Sic ille, piè quidem & congruè. Sed rogo iam, quotuſque erit, qui huiusmodi hortamenta ſectetur; cum experimentis conſtet eos, qui ſic ambulat, & optimos in Religionem Magiſtros habent pro conſcientiarum regimine conſtitutos fugiunt, ad indoctos & ineptos ſapè dinertere, & moribus ſibi conſimiles, quos putant nihil miraturos in alijs, cum in ſe ipſis peiora, aut peſſima deprehendant? *Docet profectò, dicitur; quod ab Auctore alio deſumptum: ſic enim ſcripſerat P. Quintanad. vt in fine, n. 346. ex eodem poſitum, de quo ille ſuprà, n. 11. atqui tales decen- tiam non curant. Patet: nam quid decentius quàm ſpirituales Patres à ſuperioribus maturo conſilio ad gubernandas, conſcientias designatos adire, quales Clemens VIII. in ſuo, de reſeruatio- ne Decreto designari iubet verbis illis: *Superiores ſingulis in domibus deputent duos, tres, aut quatuor Confeſſarios pro ſubditorum numero maiori, qui ſint docti, prudentes, & charitate præditi, qui à non reſeruatis eos abſoluant.* Et. Hac ergo decentiæ lege contemp- tã, qui poſſit iam de talibus, quod deceat eo in genere quiliquam ſibi verofimiliter polliceri? Prædicta ergo bona quidem verba, ſed verba tantummodò ſunt legenda in libris, ſed in libris effata & languida relinquenda.*

352. Ad quartum. Damnum ex tali licentiâ proſerpens tunc quidem compenſabile con-

tributione à Religioſis factâ pro Bullæ conſecutione cenſendum, cum ita Sedes Apoſtolica iudicauerit: hucusque tamen aliter iudicaffe. Præterquam quod incredibile eſt damnum, quod ab Infidelibus timeri poteſt, ſubſidio Regularium, quod non magnum eſſe poteſt, compenſandum. Quod ſi modica illa pecunia tanti ducitur, eam Prælati per capita ſubditorum liberè attribuent vt detrimentum ex laxitate licentiæ huiusmodi progerminans amoliantur: & ſecularium quidem diuerſa valde ratio eſt, ex quibus grandis poteſt pecuniæ ſumma recolligi, & à quibus non ea exigitur vitæ perfectio, quæ debet in Religioſis elucere.

353. Ad quintum & ſextum, ſi quid habent roboris, id contra reſeruationem, aut Religioſam diſciplinam auctoritate Sedis Apoſtolicæ conſtitutam militare. Si ſummum ius non eſt ius, ſed iniuria, eò quod Religioſi à nullo mortali abſoluti poſſunt niſi à Deputatis, ergo vbi Cruciata non publicatur, in maiori inquam Orbis Chriſtiani parte, ſummum ius eſt ſumma iniuria: & ita dum Clemens VIII. vt vidimus n. 351. iubet vt Confeſſarij pro non reſeruatis deputentur, ſummam Religioſis iniuriam irrogabit. Quomodo autem contra mentem illius ſit, quod ab eius determinatione deſcendit? Et reſeruata quidem peccata illa tantum dicuntur, quæ à Prælatiſ ſolum abſoluti poſſunt, aut de eorumdem ſpeciali facultate: non autem omnia mortalia, eò quod pro illis ſpeciales ſint Confeſſarij designati. Quemadmodum in Prouincijs vbi Bulla Cruciata non viget, pro reſeruatis non habeatur. Reſeruatio namque onus ſpecialiſſimum importat, ex ſpeciali repugnantia, quam quis habet in eo quod Prælatiſ lapſus eius grauioribus innotefcat, quando & leuiores ſolent ab eorum notiâ remoueri. His ergo præmiſſis

354. Dico primò. Religioſi nequeunt Bullæ indultis gaudere in ordine ad non reſeruata, ſic tenent Card. Lugo n. 195. & ſeqq. Diana Parte 4. tr. 4. reſol. 43. vbi clarè & aperte deduci ex Bullâ Vr- bani VIII. pronuntiat. Et quidem ponderatione digniſſimum occurrit Auctorem hunc benigniores ſemper opiniones amplexum, vel certè vt in plurimum, vt proſitetur ipſe, hic nihil deprehendiſſe benignum, eò quod benignitas in hoc genere in magnam proculdubio Religionum perniciem redundabit. Vnde merito inconſequentiæ in doctrinâ argui poteſt, dum Parte 11. tract. 6. reſol. 38. eam vt probabilem proponit: tenet etiam P. Bardi 1. p. tract. 2. cap. 5. ſect. 2. §. 4. & alij. Probatur ex adductis dum fundamenta contrariæ ſententiæ ſolueremus.

355. Dico ſecundò. In Societate Ieſu ſpecialius præcedens vrget Aſſertio: pro quo ſic ſcribit P. Quintanad. ſuprà, n. 14. *Praxim tamen oppoſitam in noſtrâ Societate credo eſſe; & huic in eâ ſtandum planè cenſeo, vt potè ad ſpiritualem perfectionem conducenti in Religionem, in qua viget perfectiſſima ſeruentioris diſciplinæ obſeruantia.* Sic ille: & quidem optimè: Ex quo contra ipſum argui poteſt: nam ſi praxi huiusmodi ſtandum eſt, quia eſt conſona ſeruentioris diſciplinæ obſeruantia: ergo vbi non viget, ideò erit, quia languet obſeruantia diſciplinæ. Tunc ultra; ergo Pontifex concedens id, ex quo tale detrimentum ſequitur, illud etiam velle conuincitur. Atqui hoc incredibile eſt de Pontificio zelo,

contribu-
tionis exi-
guo ſubſi-
dio.

Quintum
& ſextum
aperte ſol-
uuntur.

Aſſertio 2.
negatiua
ſententiam
ſtatuens.

Aſſertio 2.
in Societate
IEſu id
ſpecialius
aſſerendam.

P. Quintanad. reſol. 43.

Greg. XIII.
auctoritate
firmatur.

Bulle viſi
etiam cum
Prælatiſ
licentiâ non
licere quo-
ad prædi-
cta, quo-
rumdam
ſententiam.

Sed præſa-
tâ auctori-
tate reſelli-
tur.

Pro Socie-
tate vlti-
mus argui-
tur cum v-
tili moni-
tione.

zelo, vt vidimus num. 350. ergo & licentiam, de qua agimus, per eum licere. Id autem reſpectu Societatis ita eſſe, ſpeciali eſt Gregorij XIII. aucto- ritate firmandum, qui in Bullâ, quæ incipit, *Dece Romanum Pontificem*, ita loquitur: *Ne quis autem Apoſtolicorum indultorum prætextu regularem ac exemplarem Inſtituti prædictæ Societatis diſciplinam, quam modis omnibus reſeruari & conſeruari volumus, diſſoluere, aut relaxare præſumat, non eſſe, nec fore vnquam mentis noſtræ, aut Sedis Apoſtolicæ, vt perſona Societatis abſque expreſſa Superiorum eiusdem Societatis licentiâ vtantur facultatibus, quæ in Tubileis, Bullis Cruciata, Confeſſionalibus aut alijs quibuiſuis Apoſtolicis Indultis, ſive communitatibus, ſive priuatis perſonis, ſive priuatis locis, aut quomodocumque aliter hæcenus conſeſſæ ſunt, aut in poſterum concedentur: etiamſi in illis expreſſe indiſtinguntur, vt omnes Regulares, etiam Mendicantes huiusmodi facultatibus vti poſſint.* Hæc ille, alibi etiam à nobis data, ſed quæ hic omitti minime poterunt: ex illis enim Aſſertio noſtra manifeſtè comprobatur: cum ex ipſis conſitet Cruciata vſum non eſſe licitum in Societate ſine ſuperiorum licentiâ, iſi iis præſertim, ex quibus regularis & exemplaris poteſt diſciplinæ relaxari, quale eſt id, de quo agimus. Ex eiſdem etiam (vt hoc interim dicamus) aliquorum ſententia falſitatis reuincitur, qui dicunt Prælatos non poſſe ſubditis vſum Cruciata quoad reſeruata concedere, quia Vrbanus aliorum Pontificum Decretis inſiſtens, & præſertim Clementis, declarauit eorum mentem non fuiſſe Cruciata pro reſeruatorum abſolutione concedere: ad id autem, quod conſeſſum non eſt, licentiâ nequit prælatorum extendi licet aliunde poſſint ipſi ſuis vtentes priuilegijs, aut facultate ordinaria, licentiam ſimilem impartiri. Quod diſcrimen quoad rem ipſam nullius videtur eſſe momenti. Ex prædictis autem verbis Gregorij, cum Cruciata exprimat, videtur clarè deduci licentiam à Prælatiſ poſſe ad illius vſum in Societate concedi, & etiam in Religioſibus alijs, communicatione gaudentibus: neque enim priuilegium iſtud per Bullam reuocatum, cum in Bullâ ipſâ facultates Religionibus Mendicantibus conceſſæ quoad eorum Fratres excipiantur.

356. Et præſata quidem verba potius quàm ſubſequentia, oportuit adduxiſſe P. Mendum num. 212. qui num. 203. doctrinam illam generalem ſuam de licentiâ pro non reſeruatis etiam in Societate locum habere contendit: contra quam reſolutionem verba inſinuata ſibi obiecit. Quæ quidem vt de reſeruatis intelligenda demus, priora certè generaliorum aſſertionem continent. Circa quod admonendos ſuperiores arbitror, vt Bullam prædictam ſubditis intimare non negligant, ſolum reſeruatis de ſollicitudine enim de alijs nihil dicunt, tacitè videntur pro illis licentiam

indulgere: quod plus videtur habere roboris, quando videmus ſcriptores aliquos Societatis, et ſi non ex præcipuis Theologijs ſummis, ſententiam laxitati fauentem perdocere. Licet autem in Decreto ſ. Congreg. 6. mentio præſatæ Gregorij conſeſſionis habeatur, & ex eâ tantum conentur Patres ſtabilire vſum Cruciata in Societate non licere quoad abſolutionem à reſeruatis: non eſt inde inferendum quoad alia licitum iudicaffe, cum Pontifex adeò generaliter loquatur; ſed de reſeruatis ſtatuiſſe, pro quibus etiam Clementis VIII. & Pauli V. conſeſſionem allegatur. Circa illud namque, in quo magnum Religioſæ noſtræ diſciplinæ detrimentum poſſe contingere comperiebant, oportuit remedium efficaci adhiberi. Vel fortè res iſta non erat tunc ita comperta vt poſtea ob Bullam Vrbanæ, qui Clementis mentem amplius declarauit, & ita graues ſcriptores eandem illuſtrauerunt, licet quidam obſtre-

357. Dico tertio. Bulla non prodeſt Regularibus in ordine ad reſeruata Pontifici, etiam in Religione reſeruata non ſunt. Patet ex clauſulâ Bullæ ſæpiùs adductâ: *Diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedis Apoſtolicæ, quoad ſibi reſeruata, ſubiectione ſunt.* Rogo enim quam vim illa habeant, ſi reſeruata Sedi Apoſtolicæ vincula poſſunt peccatorum abſoluti? Deinde: Sedi Apoſtolicæ non niſi atrociora crimina reſeruantur. Quomodo ergo credibile ſit Pontificem abſolutionem à reſeruatis in Religione prohibere, quorum plurima atrociora non ſunt, ſed frequentia inter homines, vt furum, lapſus carnis, perſurium &c. & licentiam ad abſolutionem pro atrocioribus, & Cenſuris eiſdem annexis adeò liberaliter & generaliter indulgere? Videatur Cardin. Lugo in Reſponſis moral. Lib. 1. Dub. 27. & ſpecialiter n. 12. P. Mendus num. 191. ſic dicens: *Exceptis caſibus in Religione reſeruatis, ex virtute Bullæ poſſe quemlibet Regularem abſoluti ab omnibus peccatis & cenſuris, à quibus virtute Bullæ poſſunt abſoluti ſeculares, colligitur ex prædictâ ſententiâ.* Certè ſi ex tali ſententiâ hoc ſequitur, vel ex eo capite omnino reſellenda videretur. Non tamen ſequitur: quia cum reſeruata Sedi Apoſtolicæ excipiantur, non ſit argumentum ad illa, ex eo quod non reſeruata in Religione poſſint per abſolutionem tolli. Non video equidem talis ſententiæ fundamentum: vnde cum aliâ auctoritate deſtituta ſit, non erit mirum ſi doctis minime probabilis videatur.

Nec de Bulla hoc loco plura, cum alterius ſit. Placuit autem circa quotidianam materiam, & oppidò vtilem, nonnihil laboris atterere, pro quo forſitan opportunior ocaſio non ſuccurreret, vnde oportet iam à viâ digreſſis calamum ad eam reducere, & inſtituti præcipui curſum vrgeri, vt poſſit tandem conſumari.

Aſſertio 3.
non prodeſt
Regularibus
quoad
caſus Pa-
pales.

Sententia
aduerſa
que ratio-
nem, neque
auctoritatē
ſuffragari.